UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Castulo martyre. Cap[itulum]. ccxxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

eſſe poſſiblie puerum ab homine genitū tanta pulchritudine decoratum. Et ſi poſſibile eſſet: vt ſi deus haberet filium: elegantiſſimū illum infantem diceret ex aliquo numine generatū. Igitur ⁊ propter pueri ſpēm: ⁊ matris aſpectū placabilem nō ſolum ab eorū depredatione abſtinuit: ſed etiā eos illa nocte in domū propriā introduxit: ⁊ neceſſaria miniſtrauit. Habebat autem vxorem ⁊ filium tot vlceribus plenum vt leproſus videretur. Cum autem vxor diſme puero ieſu balneū preparaſſet: ⁊ virgo chriſtū balneaſſet: latronis coniunx quaſi diuino inſtinctu puerum ſuum in eadem aqua balneauit: ſperans quodāmodo ex quadam latente virtute quā in filio virginis eſſe cogitabat filium ſuū vlceroſum poſſe ſanitatē ſuſcipere: quod ⁊ factum eſt. Mox eñ vt puerum vlceroſum aqua illa tetigit: ſine vlla macula cōfeſtim de balneo mundatus aſcendit: quod videns diſmas: puerum ieſum cū matre vt deos adorauit: ⁊ eoſdē vſqꝫ ad ciuitatem cum ſecuro comitatu aſſociauit. Dicit quoqꝫ ꝙ puer ieſus in receſſu ſuo latronem allocutus pro humanitate ſibi impenſa eidem in regno patris ſui premium ſe retributurum promiſit. ¶ Tempore igitur mortis xpi diſmas cum alio latrone nomine geſtas pro facinoribus ſuis a iudeis capti cum chriſto morti crucis adiudicantur. Et diſmas quidē xpm propter hoc aliter non cognoſcens ad dextris eius geſtas ꝟo a ſiniſtris confixus eſt. Et cum ieſum omnis populus blaſphemaret: ipſi quoqꝫ ambo latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei: vt duo euangeliſta teſtantur. Cum autem ſol ad merediem tenderet: ⁊ latus chriſti radio ſuo feriens vmbram eius verſus dextram partem emitteret: gyrante ſole mox vt vmbra corporis chriſti ſuper latronem ad dextris exiſtentem deſcendit: virtus diuinitatis eius in corde illius ſubintrauit. Videnſqꝫ qualiter chriſtus pro inimicis patrē obſecrauerat compunctus eſt: ⁊ cōtinuo in chriſtum credēs: non ſolum vt dicit lucas euangeliſta conſociū de blaſphemia increpauit: ſed etiam ieſu miſericordiā implorauit. Cui dominus miſericors: qui pro peccatoribus pendebat ne dum peccata remiſit: ſed etiam ei morienti paradiſum cōdonauit. Geſtas ꝟo qui in ſua obſtinatione permanſit: ad inferna deſcendit. In euangelio nicomedi legitur: ꝙ cum chriſtus ſanctos patres de limbo extraxit eos ad terreſtrem paradiſū introduxit: vt vſqꝫ ad diem aſcenſionis eius ibidē manerent: ⁊ tunc ſecū aſcendente aſcenderent. Quibus paradiſum introgreſſis: occurrit vir portans humeris ſignum crucis. Et interrogatus ab eis quis eſſet: reſpondit: ꝙ latro ille erat: qui cum chriſto crucifixus fuerat: ⁊ in ipſum credens eius miſericordiā poſtulauerat. Cui dominus regnū celeſte promiſerat ſignum quoqꝫ crucis ſibi tradiderat: mandans vt illud ad paradiſum portaret: ⁊ angelo ipſius loci cuſtodi oſtenderet: ac ſibi ex parte chriſti crucifixi mandaret: vt ipſum in eodem loco intromitteret. Quod poſtꝗ̄ latro fecit angelus ipſum in paradiſum introduxit. Hec in euāgelio nicodemi. Feſtū aūt beati diſme eodem die dñice paſſionis recolitur: ſcꝫ. viij. kal. aprilis.

¶ De ſctō Hyreneo epō ⁊ mar. Cap. ccxxix.

Hyreneus epiſcopꝰ ſmyrneñ. paſſus eſt apud ſirinium tempore maximiani imperatoris: agente probo preſide pannonie. Qui primo tormentis acerrimis vexatus: deinde diebus pluribus in carcere cruciatus. Nouiſſime pro confeſſione nominis chriſti: vſqꝫ ad mortem grauiſſime ceſus eſt. Corpuſqꝫ eius in flumine ſani precipitatum. Ado tamen dicit ꝙ nouiſſime abſciſo capite con umatus eſt. Qui paſſus eſt octauo kalen. aprilis.

¶ De ſancta Dula virgine ⁊ mar. Cap. ccxxx.

Dula virgo et martyr nicomedie ciuitate paſſa. Hec fuit ancilla cuiuſdem militis paganorum. Quam cum ille cognoſcere vellet: ipſaqꝫ omnino recuſaret: dicens chriſtiana lege adulterium eſſe prohibitum cum ipſam chriſtianam audiuiſſet: ab eodem domino ſuo pro fide et caſtitate occiſa eſt. viij. kalen. aprilis. hec ado in martylogio.

¶ De ſancto Caſtulo martyre. Cap. ccxxxi.

Caſtulus martyr zetarius palatij imperatoris: ſub diocletiano rome paſſus eſt. Qui in ſuperiori ipſius palatij et altiſſimo manens: cum eſſet occulte chriſtianus. Caium papam: marcellianum et marcum germanos effecti diacones: atqꝫ tranquillinum eorum patrem factum preſbyterum refouebat: et alios chriſtianos: quia de ipſo ſuſpitio nulla erat. Tandem deprehenſus ꝙ chriſtianus eſſet: et chriſtianos pretextu officij refoueret a perſecutoribus tentus: tertio appenſus: tertio auditus in confeſſione domini perſeuerans miſſus eſt in foueam: et dimiſſa ſuper eum maſſa harenaria cum palma martyrij migrauit ad chriſtum. vij. kalen. aprilis.

¶ De ſancto Quirino martyre. Cap. ccxxxij.

Quirinus martyr rome paſſus eſt tēpore claudij imperatoris: de quo legit in paſſione ſctōꝝ marij ⁊ marthe audifax ⁊ abacū. xiiij. kalen. februarij: ꝙ